Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



pitiare mei. parce malis meis. ignosce peccatis meis. indulge sceleribus meis. sana animā meā quia peccaui tibi; Si enī iniquitatē recordaberis. dñe quis sustinebit. Ad examen tuum. nec iustitia tua se cura est. Quis enī iustus. qui se audeat dicere sine peccato. Quis presumat coram te aliquid de iusti tia. Nullus enī hominum absq; peccato. nullus mundus adelicto. Ecce inter scōs nemo inmaculatus. ecce qui seruierunt dō. non fuerunt stabiles. & in angelis reperta est prauitas. Astra in munda sunt coram te. cęli non sunt mundi in conspectu tuo. quanto magis ego abominabilis & putridus & filius hominis uermis. qui hausi quasi gurgite peccatum. & bibi quasi aquas iniquitatē. qui habito in domo lutea. qui commoror inpuluere. qui terrenum habeo fundamentum. Memorare dñe. quę sit mea substantia. memento quia terra sum. memento quia puluis sum & cinis. Operi manuum tuarum porrige dexteram. consule infirmę materię. Succurre carnali fragilitati. Patent tibi uulnera mea. coram te est egritudo mea. tu uides quantum sauciatus sum. & languidus. Medicinam qua saner tribue. medelam qua curer inpende. Reuoca infectum uitus. reforma corruptum peccatis. Extingue in me flammā concupiscentię. iacula ignita diaboli me ultra non penetrent. non exardescant in me ulterius. Tu enī scis temptationes quas porto. tu scis fluctus quas patior. Tu nosti tempestates quas tolero. ubi lapsus sim. ubi defluxus sim. ubi infelix demersus sim tuscis. In curri enī neglegens inruinam. corrui incautus inturpitudinis foueam; Decidi incęno flagitiorum. descendi inprofundum malorum miser; Erue animam meam captiuatam abinferis. erue me de inmanissimo abysso. Non me concludat profundum. non mihi deneget ueritum; Ecce dies mercuendus iam imminet. iam dies ultima uenit. In stat times uitę. nihil super est prēter sepulchrum. nihil super est preter tumulum. Parce mihi ante quam eā. munda me ante quam abhac uita egrediar. solue priusquam moriar peccatorum meorum uincula. RATIO Commotus sum ad lacrimas tuas. ad afflictus (flec) tuos conpunctus sum; Lamentatio tua me resoluit. lamentatio tua lacrimas mihi exegit. Lamentando ad lacrimas me coegisti. lamentando ad fletum me commouisti. Ad lamentum tuum lacrimis resolutus sum. ad lamentum tuum lacrimas fudi; Dš tibi optata tribuat. dš tibi ueniam tribuat; Dš tibi culpas tuas parcendo ignoscat. peccata